



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Controversiae Ecclesiastico-Historicae

Casteel, Gerard

Coloniae Agrippinae, 1734

VD18 10739254

Controversia XVIII. De Scriptis S. Dionysii Areopagitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68244](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68244)

CONTROVERSIA XVIII.

D E

Scriptis S. Dionysii Areopagitæ.

Sanctus Dionysius Areopagita, quem S. Chrysostomus Lib. ult. Serm. apud Anastasium Bibliothecarium Epist. ad Carol. Calvum vocat Volucrem Cœlesti Hierarchia, de mystica Theologia, de diuinis nominibus, & alios quosdam. Hos illius genuinos esse fœtus, communiter tradunt, paſſim credunt ac citant, qui olim & nunc aut ex instituto hujusmodi materias, tractandas ſuſcepunt, aut eas ex incidenti retulerunt. Ex recentioribus Græcis eosdem libros Dionyſio adjudicarunt Euthymius Zigebeinus, Nīcephorus Calixtus, Georgius Pachymeres, Cardinalis Pessarion &c. Ex Latinis Hugo Victorinus, Rupertus Lincolniensis, Alexander Alensis, Albertus Magnus, S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, Dionysius Catholitanus, Joannes Picus Mirandulanus, Ambrosius Camaldulensis, Martilius Ficinus, Jo. Trithemius, Sixtus Senensis, Alanus Corpus, Guilielmus Budæus. Præ cæteris vero eruditè, non minus quam operosè hanc opinionem propugnârunt Jodocus Clichtoveus, Cardinalis Baronius, strenuè Martinus Delrio, qui opera omnia Dionysii Antwerpia Anno 1607. item Anno 1609. calligata in lucem edidit cum opusculo ad comprehendam Josephi Scaligeri audaciam, quem ut scribit Jacobus Gaulterus *Tabula Chronograph.* nostra tempeſtate minimè puduit fecit hunc Lutheri ac Calvinii errorem de Dionysii Areopagitæ lucubrationibus refri- care: eamque ob causam: opusculum illud inscriptum *Vindicia Areopagita.* Ubitam acuratè, tam industrie, tam eleganter, tam ordinatè quæſtionem hanc dirimit, ut nihil supra. Ita Gaulterus L. c. qui addidit pri- mo ſeculo §. 23. brevem *Apologiam pro Libris S. Dionysii Areop.* In eodem ſuam locârunt operam Andreas Schottus, Balthasar Corderius S. J. qui libros illos emendatos Anno 1634. publici juris fecit, Petrus Cotonus in *Instit. Cathol.* Leonardus Lessius, Emmanuel Schelstrate *Antiq. illustrat. part. 2. Dissert.* 3. cap. 3. art. 2. Petrus Halloix, Petrus Lanſe- lius *dissut. Apolog. Jo. Hardinianus, Natal. A-*lexander H. E. ſeculo 1. *dissert. 21.* ubi dicit hanc opinionem tot esse munitam præſidiis, ut non minus probabilis sit, quam contra- ria. Caspar Corderius *observ. Gener. in Dionys.* Initio hujus ſæculi novus demum Dionysii, ejusque operum in Italia surrexit parastates Laurentius Cozza ex Ord. Min. de

X 3

Obſer-

Observantia tunc Lector jubilatus post ad purpuram assumpsit & haud diu postea defunctus, qui Anno 1702. *Indicias Areopagiticas* Clementi XI. P. M. inscriptas Romæ divulgavit. Hic tamen in argumento exhausto profert de thesauro suo non tam nova, quam vetera, potissimum ab aliis fenerata. Neque aliter sentire voluit, potuitve Michaël Fullieni monachus Ord. S. Benedicti Congregat. S. Mauri *Histor. Abbatis Regalis* An. 1706. edita. Denique Author anonymus non ita pridem in sua non minus eruditia, quam prolixa Dissertatione strenuissimè hanc propugnat sententiam; quam adeo communem notat Card. Bellarmine, ut scribere non vereatur *Lib. de Script. Eccles.* quod hæretici solum & quidam Sciolisti, Erasmus Roterodanus, Laurentius Valla &c. &c., negent à Dionysio Areopagita hos libros esse conscriptos. Quæ epicrisis, quam æquitatis conformis, ex sequentibus patebit. Ipsem Cardinalis *Lib. 2. de Conf. cap. 7.* agnoscit, non esse certum, an Liber Dionysii Areopagitæ sit illius, cuius nomen præfert.

Magni interim ponderis censeri debent, quæ pro vindicandis huic Dionysio libris citatis adferuntur epicheremata; quæ, si forte opinionem illam non æquè certam reddunt; ac eadem est communis; validum tamen tribuunt probabilitati subsidium. Sunt autem hæc.

I. Multi Pontifices Maximi, varia item Concilia œcumonica in Oriente pariter ac Occidente plurimis ab hinc sæculis celebrata agnoverunt, & protestati fuerunt, libros illos fuisse non ab alio, quam à Dionysio Areopagita conscriptos, quos sub ejusdem citarunt nomine, & ad stabilienda Catholicæ dogmata, ad revertendam quoque heterodoxorum doctrinam frequenter adduxerunt. Imprimis enim S. Gregorius Magnus *hom. 34. in Evang.* Librum de Cœlesti Hierarchi, S. Dionysio attribuit, cumque nomi-

natur. Antiquum & venerabilem Patrem S. Agatho Pontifex Romanus in Epistola, non ad Heraclium seu Tiberium jam dudum ante hujus Pontificatum defunctos Imperatores; sed ad Constantimum Pogonatum Librum *de divin. nominibus* producit sanctoque Dionysio Episcopo Atheniensi tribuit, Paulus I. *Epist. 18.* scribit se mittere aliquos libros Pipino, ac inter cæteros, quos Dionysius Areopagita composuerat. Adrianus I. in suo scripto de imaginibus ad Carolum Magnum, quod extat: *tom. 3. Concil. inf. 7. Concil. Gener.* respondit. S. Dionysius Areopagita, qui *Episcopus Atheniensis* valde nimurum laudatus est a S. Gregorio Papa, confirmante cum antiquum Patrem esse Doctorem. Iste temporibus Apostolorum fuit *Episcopus* in actibus Apostolorum monstratur. Unde a predictis Prædecessoribus nostris sanctissimis Pontificibus ejus confirmata sunt veriditatem testimonia &c. Synodus œcumonica VI. celebrata saeculo septimo *Act. 2d^a* de Patriarchio Constantinopolitano Codicem S. Dionysii Episcopi Atheniensis & Martyris altum assumpsit. *Act. 11^{ma}* extat Epistola Sophronii, quæ *Act. 13^{ta}* approbat in qua Epistola ex Libro S. Dionysii de divinis nominib. quoddam dogma depromittit. Concilium Generale VIII. recipit Canonem prius, qui Constitutiones Patrum venerantur, & quædam eloquia secundum magnum & sapientissimum Dionysium profert. Concilium Romanum seu Lateranense 10. Episcoporum, sub Martino I. Anno 643, congregatum, citat Libri de divin. nomin. caput secundum, sanctoque Dionysio adscibit. Alia quoque Concilia Nationalia, Provincialis & Diocesana antiquissima ad convincendos hæreticos, ubi res agebatur, scripta Areopagitica sine hæsitatione aut contradictione allegare confueverunt. Plura in hanc rem legi posseunt apud Joannem Chaumont in *defensione Areopagita*; præfixa editioni Librorum S. Dionysii Anno 1644. Pa-

riis. 2. volum. in fol. quæ omnium censetur optima.

II. Certa relatione habetur, quod Michael II. Imperator Orientis, condicetus Balbus, dum filium suum crearet Augustum, Regnique successorem designaret, splendissimam miserit legationem ad Ludovicum Pium, Occidentis Imperatorem, Anno æræ Christianæ octingentesimo vigesimo quarto: cui inter cetera dona pretiosissima, inestimabilem transmiserit thesaurum, libros scilicet à sancto Dionysio Areopagita compositos. Qui, si dubii, aut suppositiui fuisserent visi, minimè ut cimelia præstantissima fuissent tanto Monarchæ exhibita. Hos libros Hilduinus Abbas, ejusdem Imperatoris Ludovici jussu, ex lingua Græca in Latinam transtulit. Ipse autem perhibet, quod in contestationem veritatis, eos libros scilicet esse Areopagiticos, illa die seu nocte subsequente, qua libri recepti sunt contigerint novendecim nominatissimæ virtutes, in ægitorum sanatione Igitur nullus relinquitur ambigendi locus, quod libri illi à S. Dionysio Areopagita sint confecti.

III. Legitimi operis nota, si Antiqui laudent illud opus sub nomine illius Authoris, cui inscriptum est: sribit Nat. Alexander tom. 1. secul. 1. Dissert. 1. Hancque regulam passim admittunt Critici omnes: horum autem Scriptorum Authorem esse Dionysium Areopagitam, extant antiquissimorum Patrum testimonia irrefragabilia, scilicet Cyrilli, Origenis, Gregorii Nazianzeni, Theodori Presbyteri, qui putatur initio saeculi V. floruisse. In Chronico Flavii Dextri legitur. *Dionysius Areopagita dicit Eugenio Marcello, dicto ob ingenii excellentiam, Timotheo, Libros de divinis nominibus.* Accedunt testificationes Juvenalis Episcopi Hierosolymitani, Ephrem Patriarchæ Antiocheni, qui miraculorum gloriæ illustris obiit An. 516. S. Maximi Abbatis & Martyris, qui non tam generis splendore, quam exqui-

sitæ doctrinæ præstantia ac profuso sanguine inclytus Monotheletas oppugnavit. Anastasi Sinaitæ Patriarchæ etiam Antiocheni &c. Demum saeculis VII. & VIII. ac deinceps communis consensu receperunt hæc Dionysii opera tanquam genuina, quicunque illorum pro re nata meminerunt. Inter hos sunt Leontius Episcopus Byzantinus, Andreas Cretensis Archi-Episcopus, Sophronius, Joannes Damascenus, Hincmarus Archi-Episcopus Rhemensis, Hilduinus Abbas, Joannes Erigena, aliqui apud Del Rio, qui etiam Scholia in Areopagitica composuerunt. Quid ultra? Id adeò defendant Catholicæ, ut solem facibus adjuvare sit, huic rei remonstrandæ ulterius inhærente, quemadmodum arbitratur eruditissimus Schelstrate loc. cit. num. 275. adducens Antonium Possevum in testem, quod nulla sit Bibliotheca, quæ divini hujus viri scripta, tanquam pretiolissimas margaritas, non custodierit. Cum ergo tot saeculorum decursu hujusmodi opera citata, custodita, suoque legitimo parenti adjudicata, ram censura sorbonica, qua opinio contraria temeritatis arguitur, quam Bellarmiana, superius memorata, justa & æQUITATI conformis videri debet. *Et quæ dubitandi causa idonea, quærit Del-Rio Disquisit. mag. lib. 6. cap. 3. cum res verbis, & verba rei respondant; & utraque primitivum illam spiritum Ecclesie penitus redoleant? .. Cetera duo sunt ad dignoscendos scriptores indicia, stylus & testificatio aliorum scriptorum; atrumque faver nobis. Stylum negare non possunt prorsus eruditum & antiquarium; Authores ferme innumeri attestantur Græci Latini que.*

Verum enim vero his omnibus posthabitis reperiuntur hodie non pauci viri religiosissimi, valde circumspecti ac judicij defæcti, qui probè scientes, quod temeritas, inscitiae fœtus, ut vocatur à Gregorio Naz. Orat. 6. sine causa quidquam affirmet vel neget, non metuant hujusmodi censuras;

quia

quia non putant se absque causa negare pta-fatos libros fuisse à Dionysio Areopagita compositos. Inter Recentiores computantur Cardinalis Cajetanus, Jo. de Launoy, Morinus Oratorii Presbyter, Du Pin Doctores Parisienses Nanus Tillemontius : suntque alii adhuc plures, qui sibi videntur rem confi-cere postea hisce rationibus.

I. Qui probare volunt libros hos certò el-se Dionysii Areopagitæ, evincere debent, ab ejus vita tempore usque huc continua suc-cessione semper ei attributos. *Illi enim li-bri cetero sunt Hippocratis, inquit S. Augusti-nus lib. 33. contra Faustum cap. 6. quos ab ipso Hippocratis tempore usque ad hoc tempus, & deinceps successionis series commendavit: alii vero non sunt, qui ab eo tempore, quo & cate-ra scripta ejus, non innotuerunt, quod vere ejus essent.* Atqui ante seculum V. horum nulla, ne tenuissima quidem, extat memoria in catalogo Eusebii, Hieronymi, aliorumve Patrum antiquorum, qui Scriptores Ecclesiasticos satis accurate recensuerunt; etiam illos, qui suis lucubrationibus, quantumcunque exiguis, mundo innotuerant; in quibus nichil de Dionysio, ejusve libris, etiam oculatissimus, reperiet investigator.

Hoc murum argumentum atque clamor-sun, ut à Baronio vocatur, contra primordialem horum librorum citationem addu-ctum, putatur jam diu resolutum à Theodo-ro Presbytero, necnon responsione S. Maxi-mi ita scribentis. *Eusebium quidem quam-plurima omisit, que ad manus ejus non per-venerunt, dicendum est.* Etiam nec prorsus omnia se collegisse ait: qui potius profite-tur, libros, qui ad se non pervenerunt, nu-mero esse superiores. Et sane multos memo-rare possem, quos minime habuit, & hos quidem suaregionis, ut Hymenai & Nar-cissi, qui Hierosolymis Sacerdotes fuerunt.

Quod h̄c de Eusebio observat S. Maxi-mus experimur id in aliis non fuisse insoli-tum,

tum, qui texentes Scriptorum catalogo quantalibet accuratione, aut omiserunt quodam eorum scripa, aut ipsos penitus au-thores, quorum aut opera, aut nomina, post plurimorum saeculorum decursum, & quidem ad nostram pervenerunt notitiam. Exemplo sit liber Lactantiū Firminiani, quem S. Hieronymus appellat Tulliam Christi-um, *de mortibus persecutorum.* Omnibus retro saeculis ignotus, non ita pridem reper-tus, omnium autem criticorum confessus pro legitimo factu agnitus. Perperam ita que, ajunt libri illi ex Eusebii, aliorumve silentio Dionysio adjudicantur. Atque ha-S. Maximi responsione satisfactum oppo-nentibus sibi persuadet Schelstrate, scribi-que. *Hac, ni fallor, abunde demonstrat argumentum, ex Eusebii silentio desumptum, nimum probare, & consequenter esse nullum.* In hujus confirmationem adducit ipse enim Eusebium H. E. lib. 3. cap. 26. ubi legitur: *Aliorum item prope infinitorum lucubra-tiones, quorum vel tempora scriptis mandata, vel memoriam rerum gestarum prosequi (presertim cum nulla sit oblatā occasio) importunum prope videtur. Et quanquam aliis lib-aliorum multorum scriptorum Ecclesiasticorum verè de religione & fide sentiant (sicut cuiusque expositiones editæ in sacram Scriptam demonstrant) ad nos pervenerunt; tamen, quia Autores eorum ideo nobis incogniti sunt, quod illorum nomina in libris mo-re inscripta reperiantur, istorum nomina recensere non possumus.* Inter quamplorimos ab Eusebio prætermisso recensi-set pol-sunt Athenagoras, qui prolixam admodum pro Religione Christiana scriptit Apologiam, cuius meminit Methodius ante Eusebium & post hunc Epiphanius. Hieronymus quoque non tantum Athenagoram, aliquoque ante à S. Maximo notatos omisit: sed & Pa-tinum & Theognostum ab Eusebio non no-minatos. Itaque res non est, opinione pro-pugnantium, in eo periculo constituta. *ut desp*

desperationem causæ necesse sit timere (uti nequaquam timet Baronius in *not. ad Martyrol. Rom. IX. Octobris.*) unius tantum, non quidem testantis in contrarium; sed silentis hominis testimonio. Si enim in Catalogo Eusebii desiderentur infiniti propemodum alii; quid miri; si eadem fors & Dionysio, & iuis operibus obvenerit? Provocat ergo Eminentissimus adversarios suos, ut videant, quātū firmo nitantur præsidio, qui affectatum Eusebii silentium contra Dionysii commentarios adducunt, remittens ad Annales pro aliorum argumentorum solutione: in quibus si alicubi vir solertissimus admittat S. Dionysium Areopagitam Beatæ Virgini

Mariæ morienti adesse non potuisse (quod tamen Author horum librorum in quodam loco, iuxta communem interpretationem, narrat) Dionysium eos compostrisse implicè negat.

Nec suæ vult deesse Spartæ Nat. Alexander, quando conformiter superius dicitis cit. dissent. responderet, quod Patres quartuor primorum saeculorum non meminerint librorum à Dionysio Scriptorum, quia non omnes inciderant, vel præ manibus habebant. Atqui hoc ipsum est, cur alii suspicentur tunc non extitisse libros illos: secus enim ob Authoris excellentiam, æquè ac materia præstantiam, ad unius alteriusve saltem manus pervenissent, qui plures orbis partes peragrando eam sedulò in sacros Scriptores horumque inquisiverunt monumenta. Atque, ut detur Eusebium ob diversas rationes ab ipso allegaras omisisse plures alios Scriptores; id de inferioris notæ, aut obscuri nominis Authoribus, seu libris anonymis cum intelligi debeat; incredibile est, illum libros Dionysii Areopagitas, qui à Beffatione dicitur primus & supremus Theologie Author, omnino præterisse nec quisquam sibi in animum facile inducat, quod vit tantus fuerit ab Eusebio neglectus, quasi scripta illius ad suum minus spectarent institutum; aut o-

missus, quia occasio defuisset eadem recentendi, aut, quia ad manus ejus non pervenissent; aut denique quod sponte, affectate vel malitiosè tuppresserit seu vilipenderit. Id ipsum nihilominus cum Baronio urget Andreas Schottus, quatenus silentium illud fuerit Eusebii proficuum, qui Arrianismo infectus, viderat, quod vel unico S. Dionysio Arii causa jugulari posset. Ad hoc confirmandum Cardinalis adducit parilem omissionem Theognosti Theologi celebrissimi cuius ingenii, opifice exulti, lucubrationes S. Athanasius noverat, eumque citat lib. de Syn. Nic. decret. contra Arrianos.

Sed hic quæri posset, cur idem Athanasius in adducendis iis omnibus, quæ Fili Deitatem probant, diligentissimus inquisitor, non æquè in Concilio Nicano produxerit testimonia ex Libris Dionysii, quo uno Arriana causa jugulari poterat. An forte quia non novit illos, sicut agnovit Theognostis? Si Eusebii silentium affectatum, ut præfertur, & dolo malo simulatum, quia Arrianismo infectus, de quo Controversia XXVIII. id tamen ad silentium Athanasii, aliorumve Scriptorum coævorum extendi non poterit. S. Hieronymum novisse libros illos, & tamen non recensuisse, cùm recentendi occasio adesset; & argumentum, quod tractabat, exigeret; nemo prudens credet. Ceterè S. Sophronius, fidei Orthodoxæ contra Monothelitas acerrimus defensor, qui, saeculo VI. jam adulto, sancti Hieronymi Librum de Scriptoribus Ecclesiasticis græcè traduxit, & nonnullos ab illo prætermisso Autores inseruit, Dionysii tamen nequam meminit.

Alio rursus modo evadere nititur Alexander, dum vult nec hos, nec alios Patres opera Dionysii recensuisse, ut ejusdem motrem gereret voluntati. Quippe ipse Timotheum adhortatus est, ne Scripta sua cum hominum vulgo communicaret.

Ast , illo etiam gratis admisso , huic voluntati neque Hieronymus neque Eusebius , Sophronius , aliive obstrepuissent , si nomen duntaxat , seu librorum nomenclaturam in suis posuissent Catalogis , aut alibi citassent , unam alteramve pericopam suis Scriptis inseruissent , aut tacito nomine deflorâssent , solisque eruditis communicassent.

Hoc quidem elegantissimus Scriptor elidere conatur ex eo , quod antiqui in more non habuerint citare Authores in confirmationem sacrorum dogmatum , nisi id pertinacia hæreticorum ab ipsis extorqueret : imo adversus fidei hostes certamen ex solis Scripturis Sacris instituebant . Mirum igitur subinfert , nemini esse debere quod illorum temporum Patres Dionysium non allegaverint ; præterquam , quod ea , quæ is tractavit in suis operibus argumenta , remorissima sint ab iis , quæ alii Patres tractanda suscep- runt.

Hoc , si verum sit , scilicet , antiquos Patres non citasse alios suos prædecessores , nisi dum illud pertinacia hæreticorum exigeret ; quis igitur iste ; qui in Libris quæstionis , licet contra hæreticos non agat , Hierotheum & Ignatium cirat ? Neque Patres dum aduersus inimicos sanctæ Ecclesiæ certabant , ex solis Scripturis Sacris argumenta petebant ; quin frequenter etiam ex aliorum Patrum monumentis testimonia deponiebant . Argumento sit Irenæus , qui in præclaro illo aduersus hæreses , à se conscripto , opere S. Clementis Romani meminit , ejusque Epistolam ad Corinth. profert , quod idem egit Clemens Alexandrinus *Lib. 1. Strom. SS.* Augustinus & Hieronymus , non uno loco S. Polycarpum & S. Cyprianum S. Ignatium proferunt . S. Cyrillus Alexandrinus profert duodecim Patrum testimonia , idem ab Athanasio fuisse factum liquet ex *Supradictis*. Quid ; quod idem Cyrillus in Libris , quos Severiani citabant , alleget ipsum Dionysium? quos libros quidem Catholici Episcopi in

Collatione , citato abjudicant , Alexander autem pro genuinis agnoscit.

Cùm igitur hæc evasio non videatur rece- ptibilis , aliâ via eluctari studet Historicus ille Ecclesiasticus , dum ad argumentum re- lpondet . Ea , quæ ex Authorum silentio pe- tuntur argumenta , nec nisi negativa proba- tione constant , ad veritatis fidem faciendam infirma vulgo ab eruditis existimantur.

Ipse ergo vir eruditissimus videat , quin valida adducat argumenta , tum in Disser- tionibus 18. & 19. contra authoritatem Co- stitutionum & Canonum Apostolicorum , tum saeculo VI. cap. 6. art. 8. contra Symbo- lum . Quicunque S. Athanasio attributum Censeat ipsem , quo loco ab eruditis repu- ni debeant argumenta , quæ adducit contra Decretales Pontificum ante Syricum ; contra profectionem S. Jacobi in Hispaniam denique illa , hujus generis argumenta , quæ in aliis sexcentis locis in propignatione suarum opinionum usurpare consuevit.

Quæ ad convincendum intellectum minime pertinacem vis insit argumento inficiat , in questionibus facti ; cùm scilicet allegat illoram silentium , qui loqui , si potuisse & scivissent , utique voluissent , aut debu- sent ; satis nōrunt sensati . Sacros Scrip- tores , Concilia aliasque Patres , ad tuendas suas & Ecclesiæ lententias , fuisse usos argu- mento negativo in questionibus facti , con- stat iis , qui eos à limine salutarunt . Tam autem certior ex ratione abnudiva , & val- dior est probatio , quanto magis rei geltur , seu operum est excellentia , quæ mereuntur , et memoria posterum commendetur . Ubi ini- jusmodi argumenta his , aliisque vestra cir- cumstantiis , adeo solida censemur ; ut vim demonstrationis præmodum adipiscantur . Profectò si hæc argumentandi ratio penitus repudietur , jam vix illa reperire erit via im- pugnandarum novitatum , & inanum fig- mentorum ; qualia sunt v. g. ab Isaac Per- trio de Præadamitis excogitata , atque , ut

Apulejus in *Apol.* loquitur, futiliter blaterata, de mundo diu ante Adamum condito, de alio, post hujus interitum creando &c. aliæque commentitiae fabulae. Quodsi etiam Turca aliquis crederet Deum locutum fuisse de Mahomete, certè negativo arguento convinci debet; probando, quod neque in Graeco aut Latino textu; neque in operibus Graecorum antiquorum de Mahomete ulla fiat mentio. Neque aptior ulla disputandi methodus, quam quæ usurpat argumenta subjectæ materiae conformia; id est, quæ negativis uitur ad inficiandum: quia, cum ferendum est de facto quolibet judicium; de non existentibus, & non apparentibus idem prorsus esse deber. Ne quis ergo sine exceptione excipiat contra argumentum negativum, præsertim in historicis, quasi multa Scripta non sint, quæ tamen facta sunt; id quidem concedendum de Scriptoribus ejusdem ævi, qui sibi mutuas opes ferre debent, uno supplente illud, quod ab altero omnissimum est. Sed quando posteriores Scriptores comparantur cum Synchronis, id prorsus negandum. Tunc enim horum silentium, sive testimonium negativum sufficit evertenda temeritatem illorum affirmacioni; imprimis si illi, qui silent, absque favore & odio, neque obiter & perfunctorie, sed ex professo historiam ejus temporis, in qua res acta dicitur, scripsierint: præterea etiam res, de cuius veritate disputatur, non sit levius planè: sed alicuius momenti; quæque facilem poterat ad omnium notitiam pervenire, & quæ sunt hujusmodi alia.

II. Fuit anno æra vulgaris 532. jussu Imperatoris Justiniani Constantinopolis inter Catholicos & Severianos, id est, Eurychianos habita collatio, in qua Severiani producebant in probationem suæ doctrinae testimonia Dionysii Areopagitæ ex Libris Cyilli de una natura Dei Verbi post unitiōnem decernentis. Hypatius Archi-Episcopus Ephesinus, nomine Catholicorum re-

ponit. Illa testimonia, qua vos Dionysii Areopagita dicitis; unde potestis ostendere vera esse; sicut suspicamini? si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyriolum. Quid autem de Beato Cyriolo dico? quando B. Athanasius, si pro certo scivisset, eius esse, ante omnia in Niceno Concilio de consubstantiali Trinitate eadē testimonia pronulisset adversus Arius diversa substantia blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est; unde nunc potestis ostendere, quia illius sunt, nescio? Ecce tibi argumenti negativi enigmam.

Reponit Alexander, ubi supra, non esse tamē authoritatem quinque Episcoporum, qui in illa collatione solam suspicionem aucte debilem conjecturam adversus citata Dionysii opera protulerunt, quam Oecumenicorum Conciliorum, quæ opera illa Dionysii citarunt, eique adjudicarunt.

Nequaquam autem vir multiplicis fœturæ literariae laude celeberrimus evadit hoc arguento implicatus. Quia suspicio illa & conjectura, neutiquam vana, satis firmiter fundatur in tam profundo antiquorum Patrum silentio. Quod fulcrum, quo ad usque validiori ariete non erit conquassatum, suspicionem de suppositione statuminabit. Minor est quidem quinque Episcoporum authoritas, quam plurium in Concilio Generali congregatorum: potuit tamen illorum fuisse accuratiō inquisitio, quam horum, qui minorem fortè operam collocarunt in eo, quod ad summam rei non spectabat. Ipse met Alexander in *Dissertat.* 21. fatetur plura Concilia veterum Pontificum Epistolas, ante Siricium Papam exatas, ut proferebantur, agnoscisse authographas ex defectu insufficienti examinis; quæ tamen revera sunt pseudographæ: additque quod tum hæc Concilia, tum viri eruditæ, qui post saeculum octavum floruerunt, merito ab hujus saeculi doctissimis viris emendentur in rebus criticis, quarum media ætas rudis erat.

Respondebat idem secundò , quod in illa collatione tantum aduersus quædam testimonia à Dionysio prolata, non contra opera ejus omnia postulatio falsi à Catholicis sit tentata ; quodque Episcopi decepti sint in judicio , quale ferre vili sunt de suppositione operum Dionysii Areopagitæ.

Hæc autem respondendi methodus , Authori huic adinmodum familiaris , & ultimum ferme effugium , si quid valeat , deserviet solutionibus argumentorum & objectionum , quibus in aliis occurrentibus Dissertator sua passim ntitur probare opinamenta , neque tamen ita ibi crederet satisfactum . Quantum in præsentia unum , Hypatius , & ejus asseclæ Dionysii testimonium idèò solum rejiciunt ; quia ex Libris , hactenus in Ecclesia non cognitis , proferebantur ab hereticis , quæ ipsi vera esse suspicabantur opera Dionysii Areopag. Atque non solum Hypatium , & qui cum illo erant ; sed cunctos pñne orthodoxos opera illa in exordio-habuisse suspecta , conjectura est solertissimi Christiani Lupi part. 2. *Dissertat. de Synod. VI. cap. 3.*

Cùm autem plurimi prætæctas diuturnæ occultationis causas admittere detectent ut veras ; aliam adinvenit Possævius , quod scilicet ab Ariani Scripta illa Areopagitica fuerint malitiosè suppressa : quod etiam Græcorum quidam de hereticis in genere perhibueront , quorū persuasionem veritati conformem putat Usserius apud Caveum histori: tom. 1. Forsan alijs Suidæ & Pachimeres Græcorum magis arridebit divinatio , quod Libri Dionysiani à Philosophis Græcis maxima ex parte fuerint surrepti , tum ut eō facilius , familiari suo crimine , eruditissima Scripta occultata sibimet vindicarent ; tum ut Christianos his armis aduersus Gentiles exuerent.

Quo admisso , mirari licebit , quod Libri illi tam cautè fuerint reconditi , ut subterfugerint soleritiam Eusebii & doctam curiositatem S. Hietonymi , qui cum in hereti-

corum Strophis æquè ac Gentilium techni explorandis infatigabilis extiterit , nec leviter operum horum rumore afflatus fuerit ; proinde nec hic , nec ille , aut alii veterum suppressionis hujus , vel alterius occasione , cur delituerint , verbo indicarint. Ea propter verisimilius videri posset , Libros Dionysianos nonnisi sœculis posterioribus , & quæ plurimorum est opinio , sœculo IV. persecutionum experte , fuisse compositos , ac post aliquod temporis intervallum divulgatos. Exinde vacillat , quod Cliotheus centum supponit , sœculo primo conscriptos , quæ superstruit argumenta concidunt.

Haud satis quoque fundata Dodvelli de Gregorio Magno alove Latino formata specie , aut , quæ Usserio , Caveo amba antiqua de Apollinare sententia. Quidam forsan Critici amplectentur , quæ in Hispania Ecclesia Gallicanæ ab Illustrissimo Bolognetto conscripta leguntur Edit. prima , item in secunda , licet auctiore , omili Primos , si verum amamus , hujusmodi lotas monachos in Gallia habuimus . Simplici ac fervida ; adeoque minus exacta , Et sepe inconsulta Religione percussa illiciendas hominum mentes , Et augustinus Sanctorum nomine ad eorum cultum revocadas , illustres eorum titulos primum sibi ; inde credula plebi persuasos proposuerunt. Et barum officina . Dionysii Parisiensis Areopagitica ... prediere. Quibus quidem samplio Et constanti animo Galli primum Episcopi restitire. At ubi Ecclesia Gallicana pertinet , Sanctissimis fidei præconibus , tractatis hisce spolis injuriam fieri mentibus genitus Et probis persuasum est , paulatim error communi consensu consurgere , Et tandem antiquitate sua contra veritatem praeferebere.

Uique non est res nova , & insuetum sed clatissimorum virorum nomine emenita Scripta evulgare. Illud jam ab ipsa Christianæ Religionis canabulis promovit iniunctum

inimicus homo; perversos docens in medio tritici seminare zizania: quanquam lapsus temporis genuina veritas, erroribus oppressa, confusione eorum & falsitati præberet Dominum, ut observat Schelstrate: *L.c.* *Dissert. 3. cap. 1.* Nihilominus longè probabilius est nonnullis quod Libri quæstionis non fuerint ab aliquo cuculizante suppositi mala fide, qui utique ea omisisset, quæ manifestè obstant, ut credantur genuini, de quibus in sequentibus: quin potius ab aliis postea, minus rerum peritis, quacunque demum ex causa, celeberrimo Apostolorum discipulo adscripti sunt. Et si vero quidam ex odio Theologia mysticæ illos nigro theta afficiant, multi tamen, inter quos etiam Chemnitius, laudibus extollunt.

III. Libri de divinis nominibus, item de Ecclesiastica Hierarchia sunt Timotheo Episcopo Ephesino inscripti, in quibus hic compellatur *Filius*: siquidem in principio Hierarchie Ecclesiastica legitur. *Sacerdotii quidem nostri functionem sanctissime fili Timothee angustoris esse ac divina, & divinitus induit etientia.* Hujusmodi autem compellatio Apostolorum tempore non sicut usitata, quando nemo Episcoporum suum Coepiscopum vocabat filium. Insuper Timotheus erat, si non dignitate saltem vocatio, & Evangelii praeconio anterior Dionysio. Jam enim Timotheus erat à Paulo Episcopus ordinatus, priusquam Dionysius ab eodem fuisse conversus. Quo titulo ergo hic illius se constituit patrem? majorem semper eminentiam, superioritatem atque aetatem titulus ille supponit.

Respondet Nat. Alexander, quod Dionysius Timotheum græco vocabulo appellaverit puerum, non filium, quo nihil à Sacro more præsterit alienum. Nam Christus Apostolos suos vocavit pueros. *Joan. cap. 21.*

Sed nihil ad rem; sive puer sive filius vocetur Timotheus. Supponi semper debet

major dignitas in appellante, quam in appellato; neque citra indecentiam superiorem, vel etiam æqualem vocabit quis puerum aut filium. Quodsi omnis similitudo claudicat, ut vulgo fertur, quæ inter Christianum & Dionysium respectu discipulorum & Timothei statuitur,

Turpiter obliquo clandicat illa pede.

In primitiva Ecclesia omnes ut Cozza urget ob motum simplicitatem & innocentiam fuisse fidèles vocatos pueros, non legimus: fratres autem appellatos Sacrae paginæ non uno loco referunt. Neque majorē fidem obtinent, nisi veterum testimonio fulciantur, quæ idem Scriptor ex Neoteris depositum, quod Timotheus fuerit valde juvenis, dum Paulus sub Netone ei scriberet Epistolam, quando Dionysius quinquagenarius egisset, qui anno Passionis Christi erat annorum circiter 25, unde major ætate fuisse. Esto etiam Timotheus, quod ait Dionysium habuisse magistrum, quem de variis difficultatibus consuluisse: esto Timotheus fuisse pusillanimis juxta illud Pauli 2. *Tim. 1.* & 2. 1. *Cor. 16.* quid juris inde obvenit Dionysio; ut collegam suum à Paulo quoque designatum Episcopum, Symmictam, & in vinea Domini operarium le seniorum, vocet filium aut puerum?

Aliam, quæ elaboratur, rimulam adinventit Cardinalis Baronius, dum diversum quandam substituit Timotheum, idque probandum sumit ex ipsiusmet Libri inscriptione, quæ hæc est. *Compresbytero Timotheo Dionysius Presbyter.* Unde infert Timotheum Episcopum non fuisse. Sed hæc crisiis Baroniana contunditur testimonio veterum. Præterquam enim quod istius aevi Timothei Presbyter tantum fuerit omnibus ignotus, & nullibi eiusdem fia mentio, testantur S. Maxinus & Suidas quod Libri illi fuerint Timotheo Episcopo dedicati. Deinde

inde si ex hac inscriptione diversus eruatur Timotheus, quia vocatur presbyter non Episcopus: alium quoque licebit cruentे Dionysium, qui in ea sýmpresbyter vocatur. Ergo nequaquam ille, qui Atheniensis à Paulo constitutus fuerat Episcopus, Libri Author extitit. Minimè quidem dubitandum ex primævo instituto Episcoporum & Presbyterorum diversa esse officia quod Aërium negasse, quia ab Episcopatu arceretur ex Epiphanius heres. 75. & Augustino heres. 53. habetur: attamen in primitiva Ecclesia nomen Episcopi & Presbyteri promiscuum fuisse, post plures alios magni nominis Scriptores tuerunt etiam Cozza. Quo admisso; ex præfata inscriptione nequit Timotheus duplicari, ut unus fuerit Episcopus Ephesus, alter Presbyter, Prudentis Senatoris filius. Quem Franciscus Bivarius, Ord. Cistermonachus in Hispania Coment. ad Chron. Flav. Dextri. concepit Timotheum Episcopum Toletanum, Eugenium Marcellum, qui propriet ingenii excellentiam Timotheus fuerit dictus, in ejus dyntaxat cerebro persistit. Exhibit Chartophylacia, Ecclesiæ Toletana Episcopum Eugenium Seniorem, qui, postquam annis undecim præfuisse, circa annum 647. humanis subtraetut, locum fecit Eugenio juniori, scriptis, soluta pariter & stricta oratione celebris, qui anno 12^{mo} Episcopatus sui vitâ excessit. Commentarius ergo, qui saeculo secundo inducitur Eugenius. Quantum ad Flav. Dextrum, meminit quidem S. Hieronymus *Lib. de Script. Eccles.* quem Flav. Dextro dedicavit, hunc *Omnimodam historiam ad se texuisse*, quam tamen se non legisse testatur. Nemo etiam, undecim saeculorum Ipatio, se illam vidisse perhibet; quoadusque Hieronymus Romanus de La Higuera Soc. Jesu ipsam, quam à Torralba ejusdem Societas è Bibliothecæ Fulensis desumpto per quendam manuscrito transcriptam receperat, evulgavit; & demum Anno 1619. typis commisit Calde-

ron Franciscanus. Eandem historiam magno tunc conatu Thomas Tamaius RegiusHistoricus Authori esse uit, & justo volumine defendit sub titulo *Novitates Antiquæ*, in quo etiam citatus Bivarius multorum annorum studium insumpsit, quod Melchior Inchofer Soc. Jesu magnifice commendat. Quamvis verò Hispanica Inquisitionis tribunal suam Historiæ præfixerit approbationem eaque ab Hispanis communiter recepta videatur: attamen plerique viri alii eruditissimi in illa notant falsas chronotaxes, imfulla narrationes, commenta inania & apennimas fabulas; proinde tanquam opus suppositum rejiciunt; & verè novam antiquitatem, ast confictam, concedunt: ut velut Nicolaus Antonius Canonicus Hispalensis, Romæ agens agnoscit & demonstrat *Biblio. Hispani. tom. 2. part. 1. cap. 8.* Hæc pro cognitione Flav. Dextri Histor. tum in hac causa tum in præcedenti Controversia, dictant.

IV. Author Libri quarti de Divinis Nonminibus hæc refert. *Scribit Divinus Ignatius meus amor est crucifixus.* Quandocumque verò S. Dionysius Martyr occubuerit sub Domitiano, & Ignatius diu post hoc scripsiterit sub Trajano, non potuit Dionysius Libri esse Author. Eum verò sub Domitiano, non sub Adriano, post mortem S. Ignatii, ut perperam contenditur, discellus exigit ratio temporis, quod requiritur post Episcopatu Publpii & Quadrati in Sede Atheniensi successorum Dionysii. Quia enim Quadratus Hadriano Imperatori, Anno sexto sui Imperii, dum Athenis hyemaret, obtulit Apologeticum, ut Eusebius Author esset sub Hadriano Dionysius fuisse mortuus non apparet, quomodo intratam archum temporis spatium hi tres successivè Episcopi ea tempestate sedere potuerint; quando vicinatum urbium Episcopi plurimum latebant, & ad electionem, citra præsentissimum mortis periculum, convenire non poterant.

terant. Hæc autem non minima perplexitas omnino tollitur quando sanctus Dionysius Areopagita dicitur palmarum Martyrii adeptus sub Imperio Domitiani, pro ut in Sianaxario Græcorum continetur cui S. Rethodus, Patriarcha Constantinopolitanus, qui seculo nono vitam S. Dionysii scripsit, adstipulatur; atque ex Latinis Hilduin, Hincmarus, Radbertus Abbas Corbiensis, Hugo Flaviacensis aliisque plures referunt.

Hoc argumentum, ut & pleraque alia solvere conabatur Theodorus Presbyter, si Photio habenda fides in *Bibliotheca eod. 1.* ubi scribit, Theodorum hunc hujusmodi argumentorum solutione pro virili effecisse, Libros questionis esse genuinum Magni Dionysii partum. Neque alii recentiores defuerunt, qui nodum hujus argumenti solvete conati sunt. Quorum in eo consistit responsio. Quid Dionysium Areopagitam sub persecutione Hadriani Imperatoris Martyrium subiisse non solum authoritas antiqui, ut vocatur, Martyrologii Romani, item Bedæ, Adonis, Notkeri persuadere debeat: sed neque, quod adducitur, & quæ prætenditur perplexitas obstat valeat. Siquidem Quadratus Episcopus Atheniensis non obtulit Apologeticum Imperatori Hadriano Anno Imperii Sexto: sed diu post, quando altera vice in Attica Provincia hyemabat, & prope Athenas Eleusina, seu Thesmophoria vilitabat, Anno scilicet Imperii sui decimo quinto, quemadmodum Eusebius, & cum eo Hieronymus observant. Quod anno æræ vulgaris centesimo trigesimo secundo contingit ex Prosperi, Mariani Scotti, aliorumque probatorum Scriptorum Chronicis competitum habetur. Atque in hac hypothesi nihil profrus obstat, quominus sanctus Dionysius Areopagita ad Hadriani Imperatoris tempora pervenerit, cuius regni initio martyrio occumbens locum fecerit Publico, qui in eadem Sede Episcopali post 10. annos gloriose fine recumbens successorem reliquit

Quadratum. Imò potuit absolute continere, ut primo anno Adriani & mortuus Dionysius & tertio quartove Publius interemptus anno sexto Quadratus in Atheniensi Sede III. Episcopus dicto Apologeticum obtulerit.

Hæc quidem contingere potuisse fatendum. Veruntamen, si is, qui Senator Atheniensis erat, aut, ut alius placet sacrificulus Gentilis, cum ad fidem Christianam converteretur, Adriani tempora asseditus sit, ut Baronius in *Annal. ad an. Chr. 109.* exhibet ex antiquis martyrologiis, Sirmondus autem in Gallicanis haberi negat; necesse est, ut dicatur venisse ad senectutem valde extraordinariam. Neque enim est, qui ante annum æræ vulgaris 117. Adrianum Imperii falsces consecutum memoret. In Epistola autem ad Apollophonem Dionysius indicat, se tempore mortis Christi habuisse annos 25. His si adjungantur anni subsequentes usque ad primum Adriani annum erunt anni 109. quos Dionysius vixisset. Et quia Sanctus Ignatius non diu antea Epistolam scripsit ad Romanos, oportet, ut Dionysius, jam Silicernium, ut à Terentio vocatur senex ætatis provexa, Libris confcribendis operam dedisse dicatur. Quomodo autem Libros Timotheo inscribere potuit, qui jam annis abhinc plurimis ex hac vita migraverat, sub Domitiano scilicet, ut docent aucta apud Photium *Bibl. cod. 254.* Graris quidem hic allegatur Ignatius in Epistola ad Philadelphos, ac si Timotheum iis inseruisset, qui cœlibes de vita exierunt; cum, ut Alexander observat, nomen Timothei in genuinis Epistolæ cit. exemplaribus non exeat, seu locus sit interpolatus; quod, licet in idem recidat, hocque ex illo inferatur; perpetram tamen ideo non ita pridem tanquam minus doctus à quadam nasutulo fugillatur. Qui

Natus fit usque licet: si denique Nasus. Mart. l. 13.

Nec-

Necdum apud suos eam famam eruditio-
nis consecutus est, qualem iu Natali Alexan-
dro, nuperim defuncto, etiam æmuli
admirantur, & tota venerabitur posteri-
tas.

Cæterum in exploratis est, quod Timo-
theus diem ultimum obierit (etiam juxta Ba-
ronium, qui annum ejus mortualem sub
Trajano ad Christi 109. statuit) quando igna-
tius, iam morti vicinus Epistolam ad Ro-
manos exaravit, proindeque Dionysius, si
superstes tunc fuisset, qui verba ex eadem
Epistola delibavit, Libros de Divinis No-
minibus Timotheo nequaquam inscribere
potuit, quo pariter corruit illud citati Ale-
xandri, *Dionysium opera sua recensuisse, &*
*ultimam ipsiis imposuisse manum post Marty-
rium Sancti Ignatii, & hanc laciniam inje-
ruisse.*

Aliam viam, antiquorum vestigiis tritam,
inierunt plerique Recentiorum; quando
prætendunt testimonium Sancti Ignatii Libro
quarto de *Divinis Nominibus* intercalatum
esset. Quin Petrus Halloixus in anti-
quitate Ecclesiastica minime hospes, persua-
sus est, quod locus Dionysii citatus melius
procedat sine illo Ignatii testimonio, ex
margine in textum relato, quodque illud
æquus rerum arbiter facile censebit. Atque
hoc operibus Dionysianis contigisse facile
etiam admittent, qui in Veterum lucubra-
tionibus sunt versati, & deprehendunt ea-
dem, seu scolorum, seu ignorantium ma-
nu multoties interpolata. Quod ipsum Dio-
nysius Corinthiorum Antistes de suis literis
deplorat apud Eusebium *Lib. 4. histor. Ec-
cles. cap. 22.* Primis quoque sæculis Patres
conquesti fuerunt sacras paginas laciniis fu-
isse depravatas. Quid igitur mirum est, quæ-
rit citatus Schelstrate, quod in operibus
Dionysii id contigisset? Ea propter Natalis
Alexander minime vereatur, hanc opinio-
nem de interpolatione operum Sancti Dio-
nyssi probabiliorem vocare, quando, præ-

missis conjecturis, sibi familiaribus, de eo-
rundem recognitione, probabilius sibi vi-
deri scribit testimonium Sancti Ignatii fuisse
ab aliquo Iciolo imprudenter aslatum, upo-
te Sancti Hierothei testimonio postpositum
atque inepte intercalatum. Imò periodum
illam, que verba Ignatii præcedit, falsi-
tem continere putidissimam, & Authoram
eruditio indignam. Hoc, si verum,
qua ratione ergo ab eodem hi Libri vocanter
Sacri Apostolicarum traditionum laicis!
Certè non lympidos, non puros: sed falli-
tate putidissima turbidos, depravatosque
Alexander fateatur necesse est. Facilius un-
que hæ conjecturæ apud circumspectos la-
cum reperirent; si, vel alicujus veteris ma-
nuscripti exemplaris fide inmixa, ostender-
tur; in quo hoc, quod emblemata prætendit-
tur, non extaret; quale, cùm hucisquel-
nemine productum fuerit; communis op-
nio roboratur, ab ipso Authoro Ignatii ver-
ba fuisse adhibita. Id quod Græcos alio-
que operum Areopagitorum propugnat-
res adegit, ut S. Dionysii Martyrium post
obitum Sancti Ignatii extenderent.

V. Author Hierarchiæ Ecclesiastica cap.
6. scribit. *Initiandorum omnium excelle-
tor & sublimior ordo, monachorum est sa-
cra auctoritas :: Unde Sancti præceptores no-
stræ divinis eos appellationibus sunt prosecuti.*
Atqui monachus primum exorsus fuit sa-
culo III. aut IV. Quia Athanasius & Hieronimus in vitis Sanctortum Pauli & Antonii
profidentur se primorum monachorum ini-
gertas describere.

Hoc in minimo ære collocant Areopagitus
cum pluribus aliis volunt monachos etiam
postolorum tempore exiisse, quod Cassianus refert *Collat. 18. cap. 4. & seqq.* Quos
quidem monachos à plebeis minime dispe-
tos: sed laicis accensitos, atque Episcopis
subjectos censet Alexander: sed quia loc. cit.
recensentur ritus, quibus post preces con-
suetas monachi ante Altare benedicuntur, &
quo-

quomodo tonsi ac distinctis vestibus illud institutum suscipiant, quod ab ævo Apostolorum alienum est; id de aliis, qui subsequentiis exorti sunt sacerulis, oportet intelligi monachis. Præterquam quod minimè posteris innotuerit, quibus divinis eos appellationibus Episcoporum præceptores, utique Apostoli, sint prosecuti. Neque, quod Author profert partim Therapeutas, id est cultores, à sincero Dei famulatu, partim monachos, ab individua vita appellatos; de Apostolis intelligendum; nisi forte oretenus tantum sic appellassent. Habetur quidem ex Philone apud Euseb. H. C. cap. 18. de Therapeutis, qui Alexandriæ religiosorem quandam vitæ modum profitebantur: quod Eusebius Christianis accommodat. Talesque post Hieronymum, Epiphanius, Cassianum, Sozomenum volunt Cliotheus, Alexander, Tillemontius, & operosè contendit Bernardus Montfauconius. Sed quamdiu probatum non fuerit Philonianos holce Solitarios saltem fuisse Christianos, quod à Valesio, alisque, hand obscuri nominis, constanter negatur: tamdiu asceteria ante tempora Decii minimum, incertissima manebunt; ut in simili ratiocinatur Daniel Papebrochius; cui multum faceffit negotii, quod hoc, & alia hujus generis, quorundam Monachorum hypothesi obstantia, tuenda suscepit, qui lux credulitati nimium indulgentes, longè altiore ex Serie Prophetarum deductam, ac in Edeskensis continuatam suo instituto appropriant antiquitatem, sibi imaginariam, aliis incredibilem. Et licet ut vera admittentur, qua Montfauconius prætendit; quod Sherapentes omnibus terrenis se abdicaverint, quod in Sacrorum Librorum lectione, hymnorum cantu frequentiores fuerint, quod eorum conventionibus Sacerdotes Diaconi & Virgines interfuerint, quod versus solem Deum adoraverint, quod secta illa per Ægyptum dispersa fuerit, quod super domici-

liorum rudera, sæculo tertio, monasteria ædificata fuerint, &c. &c. Hæc tamen non ita Christianismum evincunt, quæm obstant, quod Philo *Lib. de vita contemplativa* nomen Christianorum iis non attribuat, licet illo tempore factis etat celebre; quod verisimile non sit Judæum Scriptorem laudibus efferre voluisse Christianos, quod perhibeat illos habuisse Scripta antiquorum ex sua secta; quo indicat Christianis fuisse antiquiores, quod bis solum in die preces per solverint, cum tamen Christiani frequentius ad horas precum convenerint; ut ex *Aet. Apost.* habetur. Quod usus hymnorum & Canticorum ipseque cantus sit apud Christianos recentior, quod tripudia & choreæ Christianis illius ævi non convenient, quod ea, quæ de Essenis prodit Josephus, diversa sint, quæ de Therapeutis habet Philo; ad eoque unius sectæ non fuerint, & quæ Essénorum assertur distinctio, in contemplativos & activos, antiquitatis suffragio careat. Neque multum patrocinatur, quod in aliquibus cum Christianis convenerint: quia & Ethnici quidam convenerunt: sed requiritur, ut in principalioribus dogmatibus cum Christianis conspiraverint. Constat vero quod etiam judaizaverint in observacione Sabbathi, numeri septenarii, mixtione hysopi cum sale &c. Eusebius, hæc non observans, conjecturâ ductus, censuit illos Christianos, quem alii secuti sunt. Primit Christianis nulla fuerunt monasteria, neque affectabant solitariè vivere, ut Therapeutæ. Nam ex clatribus, quas Diocletianus intulit Ecclesiæ, bene multis, diversa templa destræta scimus; diruta monasteria non legimus, quibus non magis quæm templis furor genilis pepercisse, si existissent; ut nec postea pepercit ædificatis ubique locorum claustris. De Arrianis conqueritur S. Athanasius *ad Solit. cap. 1.* quod monasteria everterint, & ignes injecerint ad comburendos monachos, quod de Ethnicis, qui ante

Z

Con-

Constantinum Magnum Ecclesiam persecuti sunt, nullus unquam Scriptor retulisse legitur; quia scilicet monasteria tunc ædifica-ta non fuerant. Ab hac quidem Annalium conditor opinione est alienus, licet alias prætensiæ antiquitati monachorum ex veteri Testamento deducuntur, ut suffragaretur, nul-lis precibus, aut instantiis unquam adduci posuerit: ea tamen exquisita eruditio-nis Criticorum de monachatus exordio constans est sententia, cum Papebrochio faciunt Hol-steinius, Regalius & Pagius, qui in *Criticis ad annum 318.* meretur legi, dum scribit. *Recte Holsteinius in praefatione ad re-gulas veterum monachorum, etati Constantini Magni vita regularis initia importat.* Ille enim consenit auctorum *S. Pachomii Au-thor,* cum dicit in Prologo, quod extrema persecutionis tempore, scilicet Diocletiane, tunc & monasteria cœpta sunt edificari, & as-cessarum habitacula in vita innocentia & re-rum omnium abdicare fundari... Hinc in iisdem auctibus ipse met *S. Antonius Pacho-mium canobitarum Authorem, & primum in-stitutorem* facit. Quo ego primum tempore monachum cœpi agere nullum usquam exta-bat canobium, in quo de aliorum salute cura aut metus cuiquam erat.

Sed abrupta hac parecbasi, sicut apud Quintilianum Lib. 4. cap. 13. vocatur alienæ rei, sed ad utilitatem causa pertinens ex-tra ordinem currens tractatio, ut reducatur, unde digressus discursus, plura sagaciores in operibus, ut vocantur, Areopagitice ob-servant, quæ eorum propugnatores non le-viter torquent. Inter hæc sunt præcipua, quod Author Hierarchia scribat; confucium esse parvulos baptizandos interrogare, quod alii assumpci (Patrios intelligit, quales primo saeculo adhibitos, nemo veterum tradit) pro his respondeant, & Sathanæ abrenuntiant. Idem Author cap. 4. §. 12. memorat. *Divini Altaris sacram consumma-tionem.* Id est, consecrationem, non

alia re perfici, quam in unctione & unguen-to, quod ita explicat. *Quod Sanctissimum Lex mysteriorum Divini quoque Altaris Se-cram confectionem purissimis unguenti Sac-tissimiis affusionibus perfectam consigna-* Atqui ante Sylvestrum Pontificem Rome-num Altare chrismate non consecrabatur juxta illud, quod in Romano Breviario ad-hac nona Novembribus nunc propter renova-tionem Basilicæ, mandato Benedicti XIII 28^o. Aprilis legitur. *Nec in eis (Ecclesiis adhuc in titulum erectum erat Altare, quo Chrismate delibutum, &c.) Item, quod baptizatis mox præbenda sanctissima Eucha-ristia, quod ipse dicat se interfuisse Apostoli Conventui, ad videndum Deipara Virginis corpus; id quod fieri non potuit, libet juxta communiorem expositionem, anno 1510 post Christum obierit Act. 63.* quod Dionysius adhuc Gentilis tunc erat, & non nisi anno 17^{mo} post Christum passum co-versus. Reperiuntur quoque in his Lib. ex Apocalypsi desumpta, quæ utique post Domitianum tempora fuit scripta, mortuo post Dionysio. Qui, si etiam Trajanum super-vixisset, non potuisset tamen illam, ut Littera Canonico urit, quæ non nisi diu post in Canonicem recepta fuit. Quod Cozza prece-dit, de nihilo est, quasi Dionysius prædictit Apocalypsin aliquando Sacris Scriptis apponendam, & ideo inde libasse.

VI. Sunt insuper qui prætendent, que in Libris questionis variarum repertarunt hæretum specimen. Sic Tillemontius ann. 2. noct. 4. ad *S. Dionys.* observat, quod aucthor eorum non meminerit gratiae, atque ei suis principiis statuat Deum curam æqualem seu indifferenter habentem rerum creaturarum sed quod voluntarie agentia se se determinant per semetiplos ad actionem, quæ Dei approximentur, vel ab eo elongentur. Quæ Pelagianismum sapiunt. Idem eruditissimus Criticus, post Bolandum & Morinum sufficiet in praefatis Libris diversa inveniri vestigia Apol.

Apollinarismi & Eutychianismi errantium in Articulo fidei de duabus Christi naturis.

Verum Author Dissert. de Dionys. pag. 319. & seq. satis bene ostendit, quod Dionysius fiat injuria: arque ex Lib. de Hier. Eccl. cap. 1. 2. & 3. & Lib. de Divin. nominib. manifeste evincitur quod Pelagianismum averteret. S. Maximus in Schol. s. Hier. Eccl. scribit. *Eutychianos Apollinaristas & Acephalos prostrerunt.* Et du Pin Bibl. tom. 1. pag. 104. animadvertisit quod Author operis illius Nestorianos & Anthropomorphites sat bene refutet. Demum ipse Tillemont fatetur verum esse, quod Bolandus censet, quod in iisdem Libris nihil legatur, quod sensum Catholicum non patiatur: Fortè quis deprehendet, opiniones exoticas, neque adeo Theologorum dogmatibus conformes, *Quas tamen Catholicè interpretari quis posset, fortassis & debeat idem Biographus scribit Mens. Maj. tom. 1. pag. 45.* Atque hæc omnia prolixius deduceta, si non ad destruendam, saltem ad attenuandam probabilitatem opinionis, quantumcunque communis de Libris, qui sub Dionysii nomine circumferuntur, sufficere videbantur: qui, dum ut genuini defenduntur à viris non infirmi subfelli, in magnas angustias rediguntur; quando manifestas antilogias conciliare debent. Nihilominus obstantia haud magni momenti arbitratur eruditissimus Schelstrate; quæ, dum Sextus Senensis ab aliis, à se recensitis, soluta, atque opponentibus planè latisfactum credebat, superfluum judicans eandem cursus telam retexere, omisit, aut neglexit recantata, ut ait toties argumenta. Sed quantumcunque Scriptor ille insignis ad tot tantasque perplexitates obscuraverit animum, easque è medio sublatas credere voluerit; qui ex adverso sunt, minimè negligunt suis responsionibus ea alleviare, feliciori forsan Minerva, quæ ipse censebat ponderolissima.

Ad Primum Respondetur. Non potest

plurium seculorum inconcessa credulitas nunc canonizate variorum Pontificum decretales literas ante Siricium viventium: nec efficere, ut eruditii pro canonizatis habeant eas, earumque esse Authorem Pontificem, cui olim adscriptæ sunt: licet ad disciplinæ Ecclesiastice causam multum utique servarent. Num ergo poterit quorundam virorum antiquorum eminentia superexcellens undique comparata, ac cumulata in iisdem efficere, ut quod non fuit, fuisse credere debeant illi, qui in contrarium obstantibus nullam, aut insufficientem vident adferri solutionem? Salva itaque Sedis Apostolicæ & Sacrorum Conciliorum autoritate, Patres illi, tum in unum congregati, tum privatim scribentes aut loquentes ex operibus quæstionis, censi debent juxtra vulgarem opinionem supposuisse, illos libros fuisse à Dionysio, sive Areopagita, sive Magno, ut vocant, aut antiquo Patre conscriptos, nullâ interim altiore de veritate facta indagine: cùmque locum ex his libris fortè citabant, non definitivè censurabant esse genuinos: sed supponebant, atque arbitrabantur ex iisdem antiquis scriptis qualcumque suis obvenire præsidium dogmatibus, & hæreticorum pravitatem posse coerceri. Certe Alexander ipsem non uno in loco sibi objectibus Patrum testimonia citantium hunc illumine Autorem, reponit. An revera illius libri Author sit, nec ne, Patres non expenderunt, majora in studia incumbentes, Vid. H. E. tom. 1. sec. 1. cap. 9. art. 15.

At quid tum? Launoy similem in modum discurrenti occurrit Schelstrate. Nunquid ante sufficienter inquisitum fuit; an hac opera Dionysii forent? Nunquid sanctus Maximus Abbas & Martyr id antecedenter non præstiterat? Num totius Occidentis & Orientis Patriarchæ, & Episcopi ignorabant, quid de operibus Dionysii sentiendumerat? Absint similia, quibus orbis universus impetrata arguatur, cum ea illa, qua isto tempore

à sancto Maximo tractata sunt , ignorare non potuerunt . Quæ ut satis plausibiliter dicta sint , nodum videntur potius scindere , quam solvere . Neque enim , quod Patrum quorundam testimonio standum quis existimet , inde solutionem desumere potest eorum , quæ in contrarium ab aliis æquè perspicacibus affatim adducuntur . An sanctus Maximus hæc sufficienter solverit , hoc est , quod queritur . Interea viri Sancti prærogativa nihil præjudiciti infert veritati , ut indiscretum , initar divini oraculi , tanquam absolute verum assumendum sit ; contra quod militant arguentia solvenda , & numero plurima , & robore validissima . S. Maximi lucubrations iis sunt accerendæ , de quibus sanctus Augustinus ad Vincentium intelligi vult , scribens . *Hoc genus literarum ab autoritate Canonum distinguendum est . Non enim sic leguntur , tanquam ex iis sic testimonia proferantur , ut contra sentire non liceas .* Pro ut , pace sancti Maximi , plures contra sentiunt . Non ignoraverint tot Orientis ac Occidentis Patres , & Episcopi , quid de operibus , sancto Dionysio adscriptis , sentiendum . Nec ignorârunt orthodoxi , qui Constantinopolitanæ Collationi interfuerunt , dum libros hosce , antiquis omnibus , ut ajunt , ignotos repudierent . Erat Hypatius , qui nomine omnium Catholicorum præsentium loquebatur , Præfus Ephesinus , successor Timothei , cui pars horum operum ferebatur inscripta ; is tamen operum Areopagitorum Scriptorem prorsus ignorabat .

Ad Secundum Respondetur . Narratione illas esse desumptas ex operibus , seu scriptis Hilduijini Abbatis , quibus , ut false reponit Brietius , tantundem Lector tribuet fidei , quantum hujus Scriptoris apud ipsum valet authoritas . Observandum hic venit illud Ecclesiastici cap . 19 . *Levis est corde , qui cito credit .*

Ad Tertium Respondetur . Quod in Con-

stantinopolitana Collatione Catholicæ , se verianos Libros illos producentes taliter arguerint , ideo , quod nullus ex antiquis recordatus fuerit eorum ; adduntque ipsum Cyrilum & Athanasium latuisse . Cui , cum Sectarii nihil oppoluissent ; ex veterum silencio confutati agnosceré debuerunt , libros esse suppositios , Gregorium Nazianenum eundem meminisse , nemo facile admittit , qui Hieronymum hujus fuisse discipulum novit ; in cuius tamen relictis monumentis quamplurimis nulla Areopagitorum memoria . Juvenalis Episcopus parum celebris , quamplurima , quæ Nicephorus adoptavit , congregavit mythologica , Theodori Scriptum non extitit , ne quidem epitome eorum , quæ Schottus desideravit , nil de responsionibus illius statui poterit ; neque hujus aut persona aut vitæ tempore in competo habetur . Quod Photius de illo referat ; non credunt cæteri , nisi viderint . Gregorius Magnus non asseveranter ; sed dubitanter Dionyshum citat , dum scribit . Fertur Dionysius Areopagita , antiquus videlicet & Venerabilis Pater . Anastasi Simitæ testimonium , in quo Schelstrate maximum robur collocat , non est Patriarchæ Antiocheni : sed alterius ejusdem nominis , qui fuisse putatur S. Maximi discipulus , ejusque vitam scripsit . Ephrem Antiochenus , Orthodoxorum primus fuit , qui laudavit opera Areopagitica : tantum abest , ut Origenes , Cyrus , aut alias , his Suppar , ea recensuerit . Ingenuè Cardinalis Bellarminus . *Lib . de Script . Eccles .* Quod enim quidam dicunt citari nominatum hec opera ab Origine homilia quadam in primum Cap . I . annis . & ab Athanasio in questionibus ad Antiochum , qnast . 8 . nihil efficit . Nam in homilia illa nominantur Arriani , qui du post Origenem exorti sunt : & in questionibus ad Antiochum nominantur Autores , ipso Athanasio posteriores . Ex quo sequitur , illa testimonia esse non possint Origenis , vel Atha-

Ashanafis: sed recentiorum Authorum, Scribunt quidem Liberatus Abbas in Breviario cap. 10. & Anastasius Bibliothecarius in Epistola ad Carolum Calvum Imp. citari Dionysium Areopagitam a Jo. Chrysostomo, & Cyrillo Alexandrino: sed, que illi citant, non inveniuntur in locis citatis. Qui posterioribus seculis his dicuntur patrocinari Libris, nihil ponderis adjiciunt. Porro Sacra Facultatis Parisiensis censura non cadit supra propositionem, negantem libros illos Dionysium habere Authorem: sed supra propositionem Lutheri, quæ dicit, quod in iis libris nihil sit eruditionis, Platonica magis quam Christiana continetur; quodque otiosorum insint hominum figura. Quam propositionem Sorbona cenlet esse falsam, temerariam &c. Et meritò. Quidquid enim Elias Du Pin in eadem Universitate Theologiae Doctor Bibliotheca tom. 3. p. 2. postea judicaverit, Libros de Divinis Nominibus ac mystica Theologia, Epistolas item, quæ sub nomine Dionysii exhibentur, repleri conceptibus Metaphysicis, & Platonicis; & ideo vix quidquam utile & Lectori gratum obvenire: nihilominus de Authoris Sanctitate, & eruditione eò minus dubitandum, quanto magis, aliorum judicio, Libri insigni pietate, disciplina Ecclesiastica obseruationibus, atque omnigena eruditione sunt referti.

Hæc in præsentiarum solummodo ad veritatem eruderandam, non ad cuiusvis invidiā agitata sint. Et cum liceat in palestra luctari, non trucidare, solius exercitiū gratiā; hic literatorum conflictus in scenam produ-

ctus fuit, qui aliás hostili animo initas, innoxius esse non poterit. Talem gesserunt, ostenderuntque Saumasius, Blondellus, Dallæus, aliquique eodem in ludo edocti, qui nihil intermisserunt, quo Hierarchiam posseat penitus destruere Ecclesiasticam; proinde ea scriptum librum Dionysio abjudicarunt, quod eundem sibi omnino contrarium senserunt. Eum in finem Dallæus congesit argumenta sexaginta, ab Alexando potissimum, Dissertatione instituta refutatus. Eruditissimus Scriptor Anglicus Hammondus insignis defensor Episcopatus eadem etiam resolvit, observatque ea argumenta simul conglomerata non efficere nisi aliquam probabilitatem, Patrum testimoniis, in contrarium facientibus, minimè comparandam.

Sic litigiosa capit discordia finem. Quod si forsitan eruditorum cuiquam hæc nimis prolixè, aut immodecē deducta, seu majori ex parte videbuntur decantata, huic occurrat illud Quintiliani. *Nos institutio nem professi, non solum scientibus ista: sed etiam dissentibus tradimus: ideoque paulò pluribus verbis debet haberi venia.*

